

idem agit, n. 188. Sanchez n. 26. Clar. d. n. 13. Tufch. l. H. conc. 102. n. 15. Azeved. n. 221. Simanc. n. 131. Param. de origin. offic. Sancti. Inquisit. lib. 2. tit. 1. c. 2. n. 14. Navar. d. conf. 20. num. 1. Guttier. n. 4. cum seqq. Cant. sup. n. 41. & 42. Vela de delict. c. 14. de heretic. vers. Apud nos tamen. Salced. ubi sup.

137 Reges tamen Catholici nullum sibi lucrum percipiunt, sed damnatorum bona liberaliter Sancto Officio ad ejus sumptus concedunt: ut in secunda instructione Hispanensi disponitur; & ita observari testantur Simanc. numer. 132. Cancr. ubi proximè, Azeved. dist. numer. 221. Guttier. numer. 5. Quo obviam itum est eis, qui minus rectè de ea consuetudine sentiunt.

138 His pro coronide addendum est, quod notant Bald. in l. 1. C. de Summa Trinit. Decian. d. lib. 5. cap. 25. n. 2. quos, & alios refert Bobadill. d. cap. 17. n. 201. ad fin. scilicet, quòd si inquisitores, vel alii Judices Ecclesiastici omiserint in sententia adversus hæreticum bonorum confiscationem, poterit nihilominus secularis Judex bonorum condemnationem facere, ubi ea ad Fiscum Regium spectant. Sed hoc superfluum videtur, nam ex quo aliquis hæresis damnatur, omnes pœnas hæreticis legibus impositas contrahit, quamvis Judex nullam expresse, l. 1. §. Sed non uique, ff. ad Turpillian. Paz. in praxi. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 12. n. 96. Maxime cum confiscatio hæc ipso jure contingat, c. cum secundum 19. de heretic. in Sanchez sup. c. 14. n. 1. Igitur postquam Judex Ecclesiasticus declaraverit quemquam hæresim perpetrasse, etiam nulla confiscationis facta mentione, poterit Fiscus ejus bona apprehendere: quod in ultimis verbis proximè allegatis textus aperte demonstratur, ibi: Sententia super eodem crimine fuerit promulgata, nec specialis pronuntiatio super confiscatione desideratur.

AD CAPUT X.

Crimen semel in iudicium deductum quando iterum obijci ad punitionem possit.

SUMMARIUM.

- 1 Interpretes legendi congeruntur.
- 2 De crimine absolutus legitime, vel damnatus, pro eodem molestari non potest.
- 3 Ea exceptio litis ingressum secundo accusatori praecludit.
- 4 Absolutoria sententia aliquando complici prodest.
- 5 Absolutoria in populari actione ceteris actionem tollit. Idem est in eis, qua adversus electum obijciuntur.
- 6 Reus quibus de causis definitivè absolvatur.
- 7 In duobus presumitur absolutus, quod probatū crimen non est.
- 8 Ab instantia liberatus jure de eodem crimine denuò arguitur.
- 9 Quandiu licet accusationem repetere.
- 10 An liceat primo accusatori?
- 11 Quando definitivè absolutus possit iterum accusari, & n. 12. cum seqq.
- 17 Actio civilis quando praejudicet criminali accusationi.
- 18 Liberatus à delicto per Principem, gratia, vel pecunia, deinde molestari pro ipso non potest, n. 19. 20.
- 21 Absolutio in foro animæ accusationem non impedit, n. 22.
- 23 Blasphemus in foro exteriori punitur, etsi quoad internum sit absolutus.
- 24 Per Baptismum delicti praveriti remisso quoad forum externum non conceditur.
- 25 Quoad forum poli peccata omnia prorsus delentur.
- 26 Quæ procedente per viam inquisitionis, vel denunciationis, absolutus iterum ex eodem delicto inquietari non debet.
- 27 Quid de crimine per exceptionem obijcto, n. 28.
- 29 Transactio iudicio criminali finito, reus ob idem crimen trahi ad iudicium potest, de quo ad n. 32.
- 33 Absolutus virtute proprii juramenti accusari deinceps prohibetur.
- 34 Secus si sententia lata non sit.
- 35 Juramentum reo ad se purgandum, vel de veritate dicenda, in criminalibus quando sit deferendum.

- 36 Delicta mixti fori que dicantur.
- 37 In causis mixti fori est preventio locus: & quando reus in uno foro punitus, vel absolutus, possit in altero coerceri? ad n. 39.
- 41 Injuriam passus quatenus in foro conscientia illam remittere debeat? ad n. 49.
- 50 Inferens vulnus, vel occidens, ad restituendum tenetur? ad num. 59.
- 60 Propter deformitatem ex vulnere an solvere vulnerans aliquid debeat? & n. 61.
- 62 Hæredes homicida tenentur ad resarciendum damna, & expensas vulnerato, aut successoribus ejus; & n. 63.
- 64 In foro animæ an aliquis præstari debeat propter homicidium, aut vulnus.
- 65 Et utrum homicida opera pia pro anima defuncti facere teneatur? & n. 66.
- 67 Injurians tenetur in foro conscientia petere veniam ab injuriato, & hic talem satisfactionem admittere, & odium deponere, etiam venia non petita, n. 68.
- 69 Non licet inimicis denegare, qua omnibus proximis præstare tenentur.
- 70 Limitatur quod dicitur, sup. n. 67.
- 71 Damnum inferens pro justa defensione ad quid obligetur.
- 72 Occidens in duello alterum, qui se invicem ad illud provocaverunt, an ad pecuniariam satisfactionem sit strictus? ad n. 77.
- 78 Injuriam inferens quotupliciter possit conveniri; & actio criminalis quando civili præjudicet, & contra.
- 79 Pœna pecuniaria reo imposita propter injuriam illatam, est applicanda Fisco si pars criminaliter agat.
- 80 Expense, & damna per injuriam illata, incidenter aut principaliter peti possunt.
- 81 Estimatio damnorum, injuria quomodo fiat.
- 83 Quando ex uno actu plura delicta procedunt, quomodo reus puniatur? ac de numerica criminum distinctione; ad n. 109.
- 90 Percutens simul unum, vel plures Clericos, quot excommunicationes trahat.
- 110 Reus, qui diversis pœnis damnatur, omnes pati debet, nisi incompatibiles fuerint, & tunc Judex elegit.
- 111 Damnatus ad mortem, & ad membri alienus amputationem, quando utramque pœnam sustinebit.
- 112 In cadaver rei in atrocissimis vindicatur.
- 113 Pœna leg. Pompeia de parricidio, in desertum abijt.
- 114 Virus de jure comburendus est, qui ad mortem ignis damnatur; sed aliud apud Catholicos observatur.
- 115 Hæretici quomodo ultimo supplicio afficiantur, ad n. 119.
- 120 Delinquentes in cremo quo genere supplicii in Hispania extinguantur.

Circa materiam capituli hujus latè differunt Greg. Lop. in l. 12. tit. 1. part. 7. Farinac. in praxi. crim. tom. 1. quest. 4. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 30. Cardin. Tufch. practicar. concl. tom. 1. lit. A. conc. 35. Caball. resolut. criminal. cas. 93. Octavian. Spathar. in aur. method. de mod. corrigend. Regulares; tract. 10. cap. 12. 13. Guazzin. de defensione reor. defens. 2. cap. 7. Aug. Barbof. in collectan. ad cap. de his, de accusationib. Jul. Clar. in praxi §. fin. qu. 57. & ibi Baiard. Sesse Aragon. decis. 106. Salced. ad Bernard. Diaz. reg. 6. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 1. ex num. 26. Marant. de ordin. judicior. part. 6. tit. de Inquisit. Foller. in praxi crimin. 35.

De crimine judicialiter absolutus nequit de eodem iterum accusari, l. 20. ad finem, vers. Otrosi seyendo tit. 2. 2. part. 3. l. 1. 2. tit. 1. part. 7. l. 3. ff. de prævaricatorib. l. 3. §. Sed etsi mulier, ff. de liber. hom. exhib. l. si cui crimen. 7. §. 1. ff. de accusat. l. si quis homicidii 11. C. eod. Glof. verb. accusari, in d. l. si cui crimen, §. 1. Greg. Lop. in d. l. 20. glof. 26. Farinac. n. 1. Pacian. de probat. lib. 1. c. 68. num. 38. Ant. Gom. num. 26. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 4. nu. 240. 273. Clar. nu. 1. Foller. nu. 3. Tiraquel. in tract. res int. alios act. limit. 25. Maran. nu. 49. Scaccia de judic. lib. 1. c. 12. n. 84. Guazzin. n. 1. Gratian. Falcon. reg. 125. Caball. n. 1. Bernard. Diaz. de reg. 6. Tufch. n. 1. Decian. n. 1. Villadieg. in Politic. c. 3. n. 88. Barbof. n. 1. nam, ut inquit Paulus in l. licet 6. in fine, ff. nau. caup. stabular. de admisso ejusdem hominis sæpius querendum non est, Glof.

Glof. ult. in c. fin. de collusion. detegend. Ant. Gom. sup. d. n. 26. Boër. cum pluribus, decis. 289. n. 9. maxime cum legitime absolutus innocens præsumatur, Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 14. n. 71. Quæ ratione idem dicendum est regulariter de eo, qui condemnatus est, ut amplius super eodem delicto molestandus non sit, Guazzin. sup. Tufch. lib. 8. conc. 169. n. 1. Marant. n. 40. Farinac. n. 2. Clar. sup. & alii communiter. Quod verum est, quamvis mitius, quam oportebat, punitus sit, Tufch. d. conc. 53. num. 17. Guazzin. n. 23. vers. Amplia etiam, Boër. sup. n. 1. & seq. Caravit. rit. 271. num. 24. vers. Etiam si minus, Bald. conf. 34. in fine, lib. 1. Imò neque in diversis locis, Guazzin. num. 57. nisi Judices separatam habeant jurisdictionem, ut secularis, & Ecclesiasticus; Guazzin. n. 24. de quo infra; aut fraus in Judice mitius puniente probetur, Clar. n. 12. Tufch. sup. d. conc. 53. num. 18. Guazzin. n. 25. ubi alii.

3 Quæ exceptio absoluto, vel damnato proficit, ut litis ingressus impediatur, Guazzin. n. 2. Farinac. num. 1. vers. An hæc exceptio, quæ tamen non subveniet ei, qui delictum post absolutionem fuerit confessus, ut latè probat Farinac. n. 44. Guazzin. n. 56. Idem juris erit, si Principes de absoluta potestate ob atrocitatem facinoris Fiscum adversus sententiam restituerit, ut reus absolutus iterum molestetur, Farinac. n. 46. Sed absolutus ob prescriptionem, etsi delictum fateatur, non punitur, Guaz. n. 3. ubi alii.

4 Aliquando contingit, ut sententia absolutoria unius, alteri proficere acculari queat; veluti quando vir de adultério postulatus absolvitur, nam feminam, cum qua delictum admisisse dicebatur, argui de eodem non permittitur, quandiu nupta fuerit, quod matrimonii favore inductum est; de quo in l. 2. §. 1. l. denunciaste 17. §. ult. ff. ad leg. jul. de adulter. l. 21. ad finem, tit. 22. part. 3. l. 9. tit. 17. part. 7. notant. Greg. Lop. in d. l. 21. glof. ult. Farinac. de delict. arn. q. 14. n. 108. Cyriac. contror. forens. tom. 2. contror. 3. q. n. 1. 21. Ant. Gom. in l. 80. Taur. n. 72. Circa quod est singularis doctrina Angeli, quam refert Cyriac. sup. ait enim ille, quod etsi præfata exceptio viduis non competat, l. adulter, 19. §. Si eo, & §. fin. ff. eod. tamen si, absoluto adultero, mulier conjugata accusetur, ipsaque accusantem repellat, non poterit amplius vexari, adhuc soluto matrimonio.

5 Quod de accusatione dictum est, in actionibus procedit popularibus, quia semel absolutus deinde inquietari nequit; eum qui 30. §. In popularibus, ff. de jur. jur. l. 3. ff. de popularib. actionib. l. 20. in fine, tit. 12. part. 3. ubi Greg. Lop. glof. ult. Glof. in l. 2. C. quib. res judic. non noc. Hoc ipsum debet observari, quando aliquis defectus obijcitur ad irritandam electionem, nam semel sententia lata pro electo, vexari ex eadem causa iterum non permittetur, quamvis alius sit, qui velit opponere, Glof. verb. judicatum, in cap. cum dilect. 32. de election. Alexand. in l. sapè, col. 10. ff. de re indicat. Greg. Lop. ubi proximè, Tiraquel. sup. limit. 26.

Ad Num. 1.

6 Præmittendum est, duplice de causa in iudicio criminali quemquam definitivè absolvi posse, vel quia de innocentia rei legitime constat, vel quoniam crimen probatum non est. Primo, casu extra dubium est secundæ accusationi viam esse omnino præclusam. Secundo, quamvis perperam faciat Judex, qui contra receptam in praxi opinionem reum definitivè absolverit, ut sentit D. Covarr. sup. lib. 1. c. 8. vers. Ex quibus tandem, Farinac. n. 27. Guazzin. n. 4. Nihilominus sic absolutus amplius reus effici prohibetur, quoniam innocens præsumitur, Greg. Lop. in d. l. 2. glof. 2. Farinac. sup. vers. E converso, Caball. n. 4. Foller. n. 8. Guazzin. sup. Tufch. d. conc. 53. n. 28. & d. conc. 169. n. 2. ubi alii, & num. 7. hoc probat, quando terminus ad probandum fuit accusatori præscriptus. Contrarium tamen sustinet Clar. n. 2. in fine, post alios, quos laudat Tufch. de conc. 169. n. 6.

7 Sed si Judex absolvat reum definitivè non exprimens causam, quæritur, an censetur absolutus, quia de innocentia constat, vel quoniam crimen probatum non est? Et in primis ad acta recurrendum erit, ex quibus si lique nequeat, in dubio præsumendum est, Judicem ex eo absolvisse, quod delictum probatum non est; Farinac. num. 28.

Clar. n. 3. Guaz. n. 11. 36. Tufch. d. conc. 53. n. 27. Caball. sup. à num. 11.

Quoties reus absolvitur ab instantia, sive observatione 8 judicii, non prohibetur super eodem crimine iterum molestari; Greg. Lop. ubi proximè, Dec. n. 27. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 93. in fine, Pacian. sup. c. 67. n. 42. Guazzin. n. 53. Boff. in praxi. tit. de sentent. n. 65. Clar. n. 3. Villadieg. in politic. c. 3. n. m. 38. Farinac. cum aliis, n. 23. Tufch. d. conc. 169. n. 12. Baiard. ad Clar. d. q. 57. n. 1. Thefaur. dec. 81. n. 1. Brun. à Sole d. q. 17. n. 6. 9. Caball. cas. 93. n. 8. 29.

Intra quæ tempora liceat accusationem, aut inquisitionem instituire adversus reum, ab observatione judicii absolutum? non convenit inter DD. qui in varias sententias abièrunt, ut videre est, apud Guaz. n. 10. Farinac. n. 29. Caball. d. cas. 93. n. 33. qui rectius tenet, jus repetendi accusationem, aut denuò inquirendi extingui intra id temporis, quo de jure crimen, de quo agitur, obijci ad punitionem posset, estque computandum à die, quo talis sententia absolutoria prolata est, nam præscriptio, quæ ceperat ex quo delictum fuit perpetratum, per primam accusationem mansit interrupta.

Ibi: Quo in loco adnotarunt Marianus.

Hanc Mariani sententiam de jure Canonico veram dicit Farinac. n. 30. de quo potest dubitari, quia jura prohibentia, ut inimicus ad accusandum admittatur, loquuntur de illo, qui primò accusatoris accedit; aliud vero est, accusationem repetere, & instantiam, à qua reus absolutus fuit ob ineptitudinem libelli, vel aliam similem causam instaurare, præsertim si non post multum temporis fiat; argumento l. plerique 33. ff. de rit. nuptiar. l. vir. mulieri 65. ff. de donat. inter. Credendumque est eodem zelo justitiæ, quo accusationem primò proposuit, illam suscitare, non pravo inimicitia affectu; ad quod facit l. si cui 7. §. 1. ff. de accusat. l. non omnes 5. §. A barbaris, ff. de re militari. nam præsumitur quisque in eadem voluntate, & proposito, sive bono, sive malo persistere; Glof. in l. cum tacitum, 3. ver. convenitur, ff. de probat. Quidquid de jure Canonico sit, juxta Civile nulli dubium est, quin eidem, qui accusavit ream ab observatione judicii absolutum, permittatur, aut instantiam reasumere, aut novum iudicium inchoare, l. aut privatim 10. §. 1. l. in Senatus consulto, 15. §. fin. ff. ad Turpillian. Glof. verb. alii, in l. libellorum, 3. §. ult. ff. de accusat. Marian. Socin. in cap. de iii. n. 52. de accusat. Farin. ubi proximè, Foller. sup. num. 16. Guaz. num. 52.

Vers. Secundò, tum demum.

Absolutus à criminali accusatione, ita demum de eodem delicto postulari permittitur, si primò accusatoris prævaricatio probetur; l. 20. tit. 22. part. 3. Greg. Lop. l. 12. tit. 1. part. 7. Ant. Gom. d. n. 26. Dec. n. 22. Barbof. num. 8. in fine, Guazzin. n. 44. Foller. n. 4. Cavalcan. sup. part. 4. num. 274. 284. Tufch. d. concl. 53. nu. 22. Clar. num. 5. Farin. cum aliis, n. 13. 14. ubi quis sit prævaricator, & unquam dicitur. Similiter dicendum est, ubi collusio cum Judice Tabellione, aut testibus intercesserit, cap. ult. de collusion. detegend. Anton. Gom. Farinac. Guazzin. Tufch. Clar. ubi proximè, Baiard. num. 11.

Vers. Tertio, admittenda est.

Reus etiam definitivè absolutus, de eodem crimine ju- 12 re arguitur ab eo, qui propriam, vel suorum prosequitur injuriam, modò primum iudicium ignoraverit; d. l. 1. 2. ad finem, tit. 1. part. 7. ubi Greg. Lop. glof. penult. & seq. Farinac. n. 20. Tufch. n. 7. Decian. n. 23. Ant. Gom. sup. Boff. nu. 81. Marant. d. tit. de Inquisit. nu. 54. Foller. n. 6. Guazzin. nu. 46. Villadieg. Curt. Philip. ubi sup. Clar. n. 4. Idem est, si cum secretis impeditus fuerit ad accusandum, l. si maritus. §. ult. ff. ad leg. jul. de adult. Anton. Gom. & Farinac. ubi proximè. Quod limitatur in levibus causis, quibus semel absolutus nullo modo vexari ex eadem causa permittitur, ut colligitur ex d. l. si cui §. 1. ff. de accusat. & notant. Guazzin. n. 48. Clar. ubi proximè, Farin. n. 22. Brun. à Sol. in quest. legal. q. 17. n. 19.

Sed cum quis admittitur adversus semel absolutum; quia 13 propriam prosequitur injuriam, cautionem præstare compellitur

compellitur de reficiendis expensis reo, si in accusatione succubuerit, Farinac. & Clar. sup. Guazzin. num. 4.

Ibi: Et probabitur ignorantia.

Ignorantia præcedentis accusationis, vel inquisitionis præsumitur in absente, & minore; sed qui præsens fuit, ignorantiam per juramentum est probaturus; Farinac. pluribus laudatis, n. 21. Ant. Gom. sup. Guazzin. nu. 47. Greg. Lop. d. glos. penult. Villadieg. Cur. Philip. ubi proximè, Foll. num. 7. Clar. n. 4. Tusch. n. 7. 24. Sed contra juramentum scientia probari poterit, Greg. Lop. Clar. ibidem.

Ibi: Facit ad hoc Glosa insignis.

In eis, quæ ab animo cujusque pendent, ut scientia & ignorantia, ejus juramento standum erit, qui scivisse, aut ignorasse asseverat, Glos. verb. propria manu, in c. si verò 4. de sentent. excommunicat. Menoch. de arbitrar. cas. 186. n. 3. Pacian. d. lib. 1. c. 39. n. 9. Mascard. de probat. conc. 881. Cyriac. tom. 1. com. vers. 1. 28. n. 20. Gratian. reg. 27. o. n. 27. Sanch. de matrimo. lib. 1. disp. 6. 2. n. 6. Guazzin. ubi proximè, Brun. n. 15. Farinac. d. n. 2. 1. vers. Si verò quis. Qui tres ultimi in specie loquuntur, D. Covar. rationem hanc probantes.

Quod si vero simile non fuerit, quod jurans primam accusationem ignoraverit, repellitur; Farinac. sup. vers. Sed prædicta, Guazzin. n. 47. Clar. ubi proximè. Nam regula nuper tradita limitatur, quando est aliqua præsumptio contra eum, qui jurat, tunc enim fides ei non adhibetur; Menoch. n. 7. Vincent Mancin. de jurament. part. 4. eff. 44. n. 14. Mascard. conc. 9. n. 17. Cyriac. n. 13. Seraphin. de privill. jurament. privileg. 1. n. 24. vers. Hoc tamen intelligendum, Tusch. lit. I. conc. 531. n. 85. & alii, quos refert Farinac. sup.

Verf. Quarto ead. m. decisio.

17 Qui civiliter convenitur ad persecutionem rei familiaris duntaxat, ut ad damna, & expensas, quamvis judicialem absolutionem obtinuerit, iterum pro eodem delicto poterit molestari criminaliter tam ab aliis, quam ab ipso, qui egit; quando ideo fuit absolutus, quia probatio defecit; sed si absolvatur, quod de innocentia apparuit, idem, qui primùm egit repellitur, alii verò accusare non prohibentur. Aliud est si obijciatur crimen in judicio ad vindictam civiliter, veluti, quando qui injuriam passus est, agit ad nummariam injuriæ satisfactionem sibi applicandam; quoniam tunc absolutio indistinctè omnibus obstat, civilisque actio criminali præjudicat. De quo Decian. num. 13. Farinac. nu. 40. Tusch. num. 2. Guazzin. num. 34. 35. Clar. num. 2. Brun. num. 26. 27. Marant. sup. num. 89. B. ill. tit. de sentent. num. 77. Mascard. conc. 34. n. 20. Ponte conf. 49. n. 1. Camil. de Medic. conf. 159. num. 49. 50. & omnes communiter in l. 1. C. quand. civil. actio criminal. præjudic.

Ad Num. 2.

18 Si quis per dispensationem, sive remissionem fuerit semel liberatus ab eo, qui in foro externo super crimine valet dispensare, amplius de eo accusari prohibetur, Gregor. Lop. in d. l. 1. 2. glos. 2. Decian. nu. 7. Tusch. nu. 11. Farinac. in prax. q. 6. n. 1. Plac. in epitom. delictor. lib. 1. c. 38. Clar. n. 9. Spathar. sup. c. 13. n. 4. Guazzin. n. 29. Barbof. n. 6.

19 Idem est de eo, qui per compositionem factam cum Filco, vel Judice, qui ad id obtinet potestatem, absolvitur; Farinac. quest. 5. num. 4. ubi latissimè per totam questionem de hujusmodi compositionibus agit, Spathar. c. 12. num. 6. Barbof. ubi proximè.

20 Quæ tamen limitantur, quando unus Princeps, vel ejus Judex remittit, & in alterius territorio reus accusatur, quia remissio non proderit, Clar. ubi proximè, vers. Scias tamen, Tusch. num. 13.

Verf. Caterum præmissa lege, aut consuetudine.

De hoc actum est, sup. cap. proximè, n. 88. ubi Authores laudavimus.

Qui per penitentiam publicam, vel occultam quoad forum interius absolvitur, accusationem judicialem subterfugere non valebit, quominus in foro externo dignè plectatur; Menoch. sup. cas. 539. num. 31. cum seq. Tusch. nu. 44. Clar. num. 10. Farinac. d. quest. 4. num. 5. 6. And. Gail. de pac. public. lib. 2. cap. 11. num. 26. 27. Brun. num. 30. Ant. Gom. d. lib. 3. cap. 1. num. 40. Decian. num. 28. Spathar. cap. 13. n. 3. Guazzin. n. 49. Guttier. de delict. quest. 66. num. 4. Barbof. num. 8. Parlador. different. 1. 2. §. 2. n. 22. etiam si gravissima penitentia injungatur, Menoch. n. 36. Ant. Gom. & Clar. sup. Quamvis in penitentia publica contrarium sentiant Greg. Lop. d. glos. 2. in fine, Cavalcan. sup. n. 274. Marfil. sing. 639. & alii apud Menoch. num. 41. 42. qui hanc sententiam contra alios probat.

21 Quæ communis resolutio obtinet, etiam si Pontifex absolverit, vel qui jurisdictionem simul temporalem habuerit, quoniam adhuc absolvens in foro animæ, non censetur remittere penam quoad forum contentiosum, Brun. n. 30. Farinac. n. 5. Menoch. à n. 38. ubi de hæretico agit.

Ibi: Quidquid sit, non possum non mirari.

22 Blasphemum posse puniri in foro externo, sive per accusationem, sive denunciationem, aut inquisitionem, quamquam in foro penitentiali sit absolutus, contra Bartolum. tenent Anton. Gom. & Guazzin. ubi proximè. Guttier. sup. à num. 2. Simanc. de Catholic. institutionib. tit. 8. n. 18. Farinac. num. 6. Azeved. in l. 1. n. 33. tit. 4. lib. 8. Recopilat. Avil. in cap. 2. 5. Prator. glos. 1. num. 10. Parlador. sup. Menoch. cum pluribus, num. 55. Decian. sup. lib. 6. cap. 5. num. 16. Sunt tamen, qui Bartolo accedunt præter relatos hic à D. Covar. ut Firmian. in suo repertor. verb. blasphemia, vers. 7. Nell. in tract. de bannit. in 3. part. 2. tempor. quest. 49. Vulpel. in tract. de pace, q. 26. Sed à priore recedendum non est.

Ad Num. 4.

24 Sacri Baptismatis susceptio non imp. lit. quominus, baptizatus ob crimen in judicio, vel infidelitate commissum plectatur, Gregor. Lop. d. l. 1. 2. glos. 1. Guazzin. n. 50. Decian. sup. d. lib. 3. cap. 30. num. 28. Becan. statim laudandus, num. 3. Sanch. de matrimo. lib. 1. o. disp. 3. num. 5. ubi & alii, Tirraquel. de panit. temperand. caus. 25. num. 2. 3. Clar. quest. 51. num. 19. Farinac. quest. 98. num. 145. Ant. à Gama de Sacrament. præf. ultim. supplic. damnat. quest. 3. num. 3. Ricciol. de jur. personar. ext. grem. Eccles. existem. lib. 4. c. 68. num. 17. Quoniam jus Reipublicæ, vel alii quæsitum, per Baptisma aufertur nequit, ut per Cyriac. tom. 1. quest. 86. per totam. De quo latè Marquard. in tract. de Judais. part. 3. cap. 5. ex n. 1. quidquid teneant alii apud Sanch. Sed Becan. ubi mox laudabitur, n. 3. vers. Respondeo secundo, docet ex D. Thom. posse Principem favore Baptismi penam criminis antea commissi remittere, quod æquum in non atrocibus videtur.

Ibi: Hæc inquam pœna per Baptismum.

25 Per Baptismum peccata, etiam actualia remittuntur tam quoad culpam, quam quoad penam in foro animæ; est de fide, Trident. sess. 6. cap. 14. sect. 14. c. 8. Concil. Florent. in Decret. Eugenij, Clement. Alex. lib. 1. Padagog. c. 6. Ibi: Multis modis vocatur hoc opus lavacrum, quo peccata abstergimus; gratia, qua remittuntur pœna, qua peccatis debentur. Pat. Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 26. sect. 1. n. 3. Becan. de Sacrament. c. 11. de Sacrament. in specie, quest. 4. n. 2. Cyriac. ubi proximè, n. 3. 6. Pat. Vazq. tom. 2. in 3. part. disp. 156. cap. 3. per tot. Bonacín. alios referens, de Sacrament. disp. 2. q. 2. punct. 7. num. 5. Sanch. ubi sup. Greg. Lop. in l. 5. ubi textus, glos. 2. tit. 3. p. 1.

Ad Num. 5.

26 Reus per viam inquisitionis, vel denunciationis à crimine definitivè absolutus, iterum pro eodem, nec jure Canonico, nec Civili potest vexari. Ita indistinctè, imò & distinctionem, quam in præfemi D. Covar. refert, rejicientes,

tes, docent Farinac. d. quest. 1. num. 3. Bart. in l. Divus, la 2. vers. Vterius quero, ff. de custod. veor. Tusch. d. conc. 53. num. 3. Baiard. d. num. 11. Guazzin. num. 3. Clar. num. 7. 8. Caball. d. cas. 93. num. 2. Gregor. Lop. in d. l. 1. 2. glos. 3. tit. 1. part. 7. Decian. n. 5. 6. Ant. Gom. d. cap. 1. n. 26. & est textus in cap. ult. de collusion. detegend.

27 Quod si delictum per exceptionem in judicio incidenter obijciatur, & subsequatur absolutio, non ideo minus accusatio de eodem admittetur, quia cum sic de crimine cognoscitur, non fit ad vindictam, nec convictus punitur; c. 1. §. ultim. de except. c. 2. §. Verum spoliatione, de ordin. cognitio. ex quo præmissam conclusionem probant Farinac. num. 39. Decian. num. 2. Marant. de ordin. judicior. part. 6. tit. de Inquisition. numer. 83. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 68. num. 39. Foller. in prax. d. cap. 35. num. 17. Guazzin. sup. defens. 2. cap. 7. num. 27. 28. Bart. in l. si cui crimen, §. 1. n. 5. ff. de accusat. Felin. in cap. de iis in 3. limit. de accusat. Brun. à Sole d. q. 17. n. 24. 48.

28 Hinc deducendum est, quod si crimen in exceptionem oppositum posset legitima pœna per Judicem principalis causæ coerceri, veluti cum mulier de adulterio per virum postulata, ei exceptionem obijcit lenociniis circa idem adulterium; juxta l. 2. §. Unde, quari potest, ff. ad leg. Jul. de adulter. non minus proderit absolutio; ne iterum accusari queat; quam si principaliter de crimine actum fuisset, ut resolvunt Decian. num. 3. Farinac. Marant. Foller. Brun. ubi proximè, Guazzin. num. 8. Calus autem, in quibus Judex potest punire delictum per exceptionem ad Judicium deductum, refert Felin. in d. cap. 1. de except. Abbas in cap. 2. de ordin. cognit. Brun. num. 24. vers. Procedit tamen ista limitatio.

Verf. Nondè, Idem canon procedit.

29 Reus delatus de publico delicto, qui cum accusatore, etiam jure permittente, transegit ex l. transigere. 8. C. de transact. l. 22. tit. 1. part. 7. alterius accusationem effugere nequit, Farinac. latissimè ex num. 31. Marant. num. 55. Clar. num. 6. & quest. 58. num. 4. Foller. num. 15. Brun. n. 21. Tusch. num. 36. Padill. in d. l. transigere, num. 51. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 3. nu. 55. Guazzin. num. 32. & defens. 3. c. 6. num. 8. Greg. Lop. in d. l. 22. glos. 1. 1. sed & Judex de eodem crimine inquirere non prohibetur, Farinac. cum aliis, n. 3. Guazzin. d. num. 8. Greg. Lop. sup. ubi ait, idem juris esse post d. legem Regiam; contentit Ant. Gom. num. 56. & quanquam de jure, neque Judex, neque privatus permittatur desertam instantiam post triginta dies, à quo transactum est suscitare; de consuetudine verò Judici non est veritum, eundem processum post illud tempus prosequi, Farin. n. 33. Ant. Gom. n. 55. apud quos alii.

Ibi: At si crimen in judicium.

30 Transactio facta cum eo, cui primò jus accusandi competit, quia suam vel suorum injuriam prosequitur, nullus remotior, etsi pactionem ignoraverit, accusaturus admittetur cum prerogativa, sed ut quilibet de populo, de quo Farinac. num. 37. Jul. Clar. d. quest. 58. num. 2. 3. Guazzin. d. cap. 6. num. 15. Decian. sup. lib. 3. cap. 30. n. 40. Marant. ex n. 8. Quod de jure controversia non caret, sed de consuetudine ita servatur, Clar. sup. Farin. vers. Tu vero dicas.

31 Ipse verò qui transegit adeo manet accusando de eodem crimine remotus, ut quamvis transactum sit cum onere aliquid faciendi, vel dandi per eum, ea conditione addita, quod nisi ita adimpleatur, jus accusandi reviviscat, nihilominus ad accusationem regredi non possit accusator, quanquam reus promissis non stet; Guazzin. d. cap. 6. num. 17. Guttier. in Authent. Sacramenta puberum. nu. 13. 7. C. si advers. vendit. & alii, quos refert, & sequitur Olea de cession. jur. tit. 8. qu. 1. n. 22. quanquam contrarium teneat Parlador. different. 51. §. 2. n. 8.

Ibi: Quibus ad Regiam legem 22.

32 De intellectu l. 2. tit. 1. part. 7. agunt Greg. Lop. ibidem, Ant. Gom. d. num. 56. Padill. in d. l. transigere. Qua quoad facultatem accusandi nihil est immutatum, sed præter jus

commune inducitur, ne post transactionem liceat penam corporalem irrogare, quod antea ex legibus Justinianeis fuerat controversium, teste Farinac. num. 34. Videas Clar. quest. 58. ubi plenè de d. l. transigere.

Verf. Decimò, eadem Canonis constitutio.

33 Absolutus per sententiam virtute juramenti sibi legitime delati, propter idem facinus iterum vexandus non est; Abbas & Butr. in cap. ex tuarum, de purgat. Canonice. Gregor. Lop. d. l. 22. glos. 2. Decian. num. 9. Guazzin. d. cap. 7. n. 30. Salicet. in l. si quis homicidii, C. de accusat.

Ibi: Sed quod etiam non lata sententia.

34 Hanc sententiam præfati reproband DD. quia absolutio non tam à juramento, quam à præsumpta innocentia vites capit ex eo, quod de crimine non erat probatum, & sic reus erat absolvendus, etiam absque juramento. Ita Salicet, quem refert Greg. Lop. tenetque idem in l. 10. tit. 11. part. 3.

Ibi: Quamvis moribus receptum sit.

35 Quando de jure locus sit delationi juramenti in criminalibus; constat ex l. 10. tit. 11. part. 3. de quo latè simè Folv. Pacian. sup. lib. 1. cap. 71. per totum, B. et. decis. 86. Mascard. de probat. conc. 937. num. 38. 39. Gail. de pac. public. lib. 2. cap. 7. num. 11. Clar. d. §. fin. quest. 37. Ceval. commun. q. 500. Menoch. de arbitra. cas. 464. n. 10. & juramentum deferri reo ad se purgandum in usu non esse in Mediolanensi Ducatu, testes sunt Clar. num. 6. Boll. in prax. tit. de sentent. n. 75. Juramentum tamen de veritate dicenda reus præstare cogitur, ut praxis observat, quamvis periculum adit pejerandi, Ceval. pluribus laudata, quest. 301. num. 2. Suar. in l. 4. nu. 14. tit. de las arras. lib. 2. for. Paz in prax. tom. 1. cap. 3. §. 4. n. 8. Villadieg. in Polit. cap. 3. nu. 250. Ant. Gom. d. lib. 3. cap. 1. n. 65.

Ad Num. 6.

36 Est prænotandum delicta mixti fori ea dici, quæ nedum statui politico, verum etiam supernaturali fini Reipublicæ Christianæ specialiter repugnant; quare immediate tam jure Canonico, quam Civili prohibentur, Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. cap. 10. dub. 1. sect. 1. supp. 1. num. 8. & suppos. 2. num. 5. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 771. Balboa in cap. cum sit generale, n. 18. de for. competent. Sunt autem delicta mixti fori, sacrilegium, usura, assassinium, perjurium, adulterium, sponsaliorum violatio, sortilegium, duplicem conjugem eodem tempore habere, concubinatus crimen, blasphemia non hæreticalis (nam quæ hæresim sapit ad forum seculare non pertinet,) & alia, quæ referunt Cardin. Tusch. lit. L. M. conc. 293. Delbene, d. suppos. 2. Dec. sup. lib. 4. cap. 26. Parlad. different. 9. §. 2. Clar. quest. 37. Bobadill. in Polit. tom. 1. lib. 1. cap. 17. Guaz. sup. defens. 1. cap. 11. ex num. 2. Farinac. sup. cap. 8. num. 129. cum seqq. Ceval. q. 897. n. 573. Analtal. Germon. de Sacror. immunitat. lib. 3. cap. 12. à num. 51.

37 In his ergo causis, in quibus inter Judicem Ecclesiasticum, & secularem est locus præventioni, cap. cum sit 8. de for. competent. Tondut. de prævent. judic. part. 1. cap. 1. num. 8. Guazzin. ubi proximè, cap. 10. num. 2. si reus per Ecclesiasticum prius sit absolutus, poterit nihilominus apud secularem per accusationem vel inquisitionem plecti, Farinac. d. quest. 4. num. 7. Ant. Gom. d. cap. 1. num. 40. in fine, Gail. sup. d. cap. 11. num. 25. Foller. num. 23. Marant. num. 97. Boll. sup. tit. de competent. num. 84. Clar. d. quest. 57. num. 11. Guazzin. sup. d. cap. 7. num. 55. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 12. n. 81. Tusch. d. conc. 53. n. 40.

38 Per contrarium, Judex Ecclesiasticus non prohibetur procedere adversus absolutum per secularem. Tusch. num. 41. Bobadill. sup. num. 94. Clar. ubi proximè, affl. & decij. 219. in fine, Guazzin. sup. Marant. n. 83. Cavalcan. de Brao. Reg. part. 4. num. 242. Ratio est, quoniam illa prædictæ potestates sunt diversæ ac separatæ, quapropter exceptio